



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvum Conscientiæ. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

Praefatio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

I  
P R A E F A T I O  
A D L E C T O R E M.

**A**nni sunt duodecim, ex quo in disputationem publicam dedi Centuriam Casuum Conscientiæ, quæ in plurimum deinde manus venit, è quibus nonnulli insisterunt apud me, ut, si plures huiusmodi Centurias haberem conclinnatas, prælo subicerem plurimum utilitati futuras. Equidem respondi, actum me acturum, cum nihil habeam, quod alij viri doctissimi non pridem ediderunt, & accuratissime discussissent. Sed hoc illi responso non contenti reposuerunt, libros eos nec facile parabiles, nec omnibus ita commodos esse, tum quòd communibus ferè principijs latè inhæreant explicandis, tum quòd particularia etiam fusiùs atque operosiùs tractent, quàm plerumque Lector, velit planam breuemque casus decisionem desiderans. Cessi igitur, & quos conscripsi casus, in tres centurias congeffi solum alphabeti ordinem à prima cuiusq; casus voce, non materiæ observans, cum ordo iste materiæ non sit apud omnes idem, & facile in indice reperiri possit, quamcumque aliquis velit materiã. Vocavi autem centurias has Casuû Selectorû Cõscientiæ, quia non fuit animus tractare quosuis, sed eos solum, qui ex Theologia Morali frequentius occurrunt, magisque desiderantur ritè explanati. Plures his similes, si DEO placuerit, breui subiungam, si istos non absque fructu in lucem publicã prodÿsse advertero, quibus interea, benevole Lector, frueri.

A

SYNOPSIS